Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



98

Gaudium concupiscunt. Et quoniam ad ea pervenire plurimi nesciunt.
Ideoque hoc docet iste qui dicit. Incipit Psalmus.
Beati immaculati in via. qui ambulant in lege
domini. Tanquam diceret. Sicut quod uelis. beatitudinem queris. Si quis
esse beatus. esto immaculatus. Illud enim omnes. hoc autem pauci uolunt. sine quo non perueniunt
ad illud quod omnes uolunt. Sed ubi erit quisque immaculatus nisi in uia. In qua uia. nisi in le
ge domini. Ac per hoc beatos immaculatos in uia. qui ambulant in lege domini. nisi superfluo
uobis dixerit. Et exhortatio necessaria uirtutibus imbibit. Quod enim bonum sit ad
quod multi pigri sunt. ad esse immaculatos ambulare in uia quae lex est domini. sic osten
dit. cum beatos esse qui hoc faciunt indicit. ut propter illud quod omnes uolunt. fiat et quod
plurimi nolunt. Beatum quipe esse tam magnum est bonum. ut hoc et boni uelint et
mali. Hoc mirum est quod boni propter se boni. Et illud mirum est quod et mali propter
se mali. ut sint beati. Nam quisque libidinibus dedit se ut luxuria stupris corrumpat.
in hoc malo beatitudinem querit. et se miserum putat cum ad suae concupiscentiae uo
luntatem lenocinia non pueniunt. beatum uero non dubitat iactare cum pueniunt. Et quisque
auaritiae facibus inardescit. ad hoc congregat quicunque mercatus. ut beatus sit.
Innumerorum sanguinem quique desiderat. dominationem quisque affectat. crudelitate sua
quisque alienis cladibus. pascit in omnibus sceleribus. beatitudinem putat. Hos igitur er
rantes et uera miseria falsa beatitudine regentes. reuocat ad uiam. si audiant
uox ista diuina. beatos immaculatos in uia. qui ambulant in lege domini. tanquam dicens.
Quo tendis. Perditus. et nescis. Non hac uia illuc itur qua pergis. quo pueni
re desideratis. Nam utique beatus esse cupitis. Et miseri estis et ad maiorem miseriam
ducunt tamen ista quae curritis. Tam magnum bonum querere per mala nolite. Si autem
ad illud pueniri uultis. huc uenite. hac ire. Vitia perse relinquite ma
lignitate. quae non potestis relinquere beatitudinis uoluntate. Frustra tendendo
fatigamini. quae pueniendo infamamini. Non autem beatos infamat in errore
quae ambulant in perfidiae secta. Et beatos immaculatos in uia quae ambulant in lege domini.
Beatus qui seruant testimonia eius. in toto corde exquirunt eum. Non minuit
aliud his uerbis commemoratum beatorum genus. quam illud quod ante dictum est.
Nam seruantur testimonia dei. et eum in toto corde exquirere. hoc est immaculatum
in uia. et in lege domini ambulare. Denique sequitur et dicit. Non enim quod operantur
iniquitatem. in uiis eius ambulauerunt. Si quod ambulantes in uia id est in lege domini.
ipsi sunt seruantes testimonia eius. et in toto corde exquirentes eum. profecto quod op
antur iniquitatem non seruantur testimonia eius. Et tam nouum operatos iniquita
tis ad hoc seruari testimonia dei. non quod ita recte uiuant. Et ut sciant quae
admodum uiuere debeant. quae malunt docti esse quam iusti. Nouum et alios seru